

16. LEPTURA *thoracica*. Tab. III. fig. 28.

L. atra nitida, thorace supra sanguineo.

Habitat in Carniola.

Inter maximas hujus generis, ejusdemque
fere staturæ ac *L. aurulenta*. *Caput* cum oculis
antennisque dimidio corpore vix longioribus,
atrum nitidum, pilis erectis rufis hinc inde
adspersum. *Thorax* antice angustatus, po-
llice dimidio latior, angulis subspinosis, sub-
tus ater, supra sanguineus, margine antico
& postico atris, confertissime tenuissimeque
punctatus pilisque densis brevissimis nigri-
cantibus pubescens. *Scutellum* atrum. *Elytra*
confertissime subtilissimeque punctata, apice
emarginato, dentata, atra nitida. *Subtus* cum
pedibus atra nitida.

17. ORCHESTES (Curcul. saltator. Fabr.)

signifer. Tab. III. fig. 29. a.

*O. pubescens niger, coleoptris macula magna
communi lobata baseos fasciaque abbre-
viata albis.*

Habitat in populo, salice, circa Neu-
waldegg.

Paul.